et de nolente fit volens: ita ꝙ vna affectio ex pellit᷑ ⁊ ꝯria induci᷑. Sicut cū de⁹ amatorē tꝑaliū facit tꝑaliū ꝯtemptorē. Tūc aūt volūtas dꝛ cogi qñ itelligi᷑ ipā ȝ inuitā aliq̇d velle et repugnāte actu volūtatis deliberatiuo: aliena virtute mouēte ⁊ repugnātia manente ad aliq̇d inclinari nolēdo. Volūtas igi᷑ cogi nō pt ab aliquo: sed induci ab agēte creato et mutari valet ab agente increato. Quare et liberū arbitriū pauli nō fuit coactū: sed bene immutatum: et de nolēte factum est volens.

¶ Sexto dubita᷑ circa discipuloꝝ distinctonē. Nā dꝛ ꝙ paulus ꝑsequeba᷑ discipulos Ex hoc querūt aliqui: q̇ erāt isti discipuli Et dicit Nico. de lira ꝙ erant oēs credentes in xp̄m. Nā discipuli aliqñ dicun᷑ duodecim apl'i: sicut ibi matth. xix. ca. Assumpsit iesus duodecim discipulos suos ⁊c̄. Aliquādo septuagiutaduo. sicut Luce vlti. Duo ex discipulis ibant ipā die ⁊c̄. Aliqñ oēs fideles: nā vt Eusebi⁹ tradit in historia ecclesiastica. et habe᷑ insuꝑ Act. xi. ca. Anteq̄ȝ ecclesia ꝯgregregare᷑ Antiochie: omnes credētes discipuli nominaban᷑. At vbi credentiuȝ numerus ibi multiplicat⁹ fuit: xp̄iani noīari ceperunt.

¶ Septimo dubita᷑ circa potestatꝭ acceptionē. Quō cū iudei nullā haberēt potestatē paulus potuit a ꝓncipe sacerdotū illaȝ impetrare. Ad qð rñdet Nico. de lira. ꝙ iudei habebāt potestatē subdelegatā a romanis ꝓ criminibꝫ in legē eoꝝ cōmissis. Nā Stephanū more iudiciario lapidasse dicun᷑: qñ testes depositis vestibꝫ lapidabāt eum. Et in hoc seruabāt ordinē iudicij in lege statutum ꝙ. s. testes essent primi lapidatores. Dū itaq̄ȝ paulus videbat q̄ fiebāt ꝑ apl'os timēs antiquam legē in qua nutritus erat euacuari: ira succensus lr̄as impetrauit: aduocauitq̄ȝ famulos et socios negocij sui. Eamus inq̇t fratres eamus cōcitu gessu in damascū: inueniemus ibi illos destructores nostraꝝ traditionū: ligabim⁹ eos affligemusq̄ȝ verberibꝫ ⁊ ieiunijs atq̄ȝ in hierusalē ꝑducemus. O paule q̇d cogitas. O paule q̇d loqueris. O paule cur tanto indiscreto feruore moueris? Tu capꝫ ꝓponis et eris captus. Tu ꝯtra discipulos paras manū. Et deus manu tua te trahet ad gremiū discipuloꝝ. Et nomē xp̄i cōfundere satagis: et nescis adhuc ꝙ in breui ꝓ noīe illo paratissimus eris ligari et mori: nō est ꝯsiliū cōtra dn̄m.

¶ De cōuersione pauli et septē mirabilibꝫ q̄ cōcurrerūt in illa. ¶ Capitulū. ij.

S Ecundū mysterium ꝯtemplandum de paulo dꝛ cōuersionis. Fuit q̇ꝑpe cōuersio eius miranda et singularis maxime ꝓpter septem que ibi cōcurrerunt.

Primum fuit illustrato.
Secundum ꝓstratio.
Tercium allocutio.
Quartum excecatio.
Quintum visitatio.
Sextum illuminatio.
Septimum cōfortatio.

¶ Primū qð cōcurrit in ꝯuersione pauli dꝛ illustratio. Dici᷑ enī Act. ix. ca. Cū iter faceret cōtigit vt appropinquaret damasco. Remigius inq̇t. Damascus est ciuitas metropolis syrie quā edificauit Damasc⁹ Eliezer seruus Abrae. Sequi᷑ textus. Et subito circumfulsit eum lux de celo. De ista luce posset q̇s asserere ꝙ fuerit irrumpētis aurore vel solis orientis et hmōi. Sed ꝓfecto ipe paul⁹ cuius fuit ꝯditionis et q̄ tꝑe visa sit apertissime declarauit Actuū. xxvi. ca. Loquēs nāq̄ȝ cū Agrippa dixit. dū irem damascū cum potestate et ꝓmisso principum et sacerdotū die media in via vidi o rex supra splendorē solis circumfulsisse me lumē et eos q̄ mecū erant: Actuū vero ca. xxij. dixit ꝙ lux illa fuit copiosa.

¶ Scōm qð concurrit in cōuersione pauli dꝛ ꝓstratio. Cecidit enī in terrā vt ptꝫ Act. ix. ca. et ca. xxvi. Paulus retulit. Oēsq̄ȝ nos cū cecidissem⁹ in terrā quare vide᷑ ꝙ et socij ei⁹ fuerunt ꝓstrati versus faciē ꝭm glo.

¶ Terciū qð in tali cōuersione cōcurrit dꝛ allocutio: nā audiuit vocē loquentē ideoma hebreū vt scribi᷑ Actuū. xxvi. ca. et dicentē. Saule saule cur me ꝑsequeris. Hec vox fuit primo rephensiua eo ꝙ saulus ꝑsequeba᷑ xp̄m in mēbris suis. Scd̄o fuit instructiua. Querenti enī q̇s es dn̄e: rn̄dit xp̄s. Ego sum iesus nazaren⁹ quē tu ꝑsequeris. Vbi nota ꝙ qꝛ ex luce summa et ex alto situ celi in qua et in q̄ sibi apparebat et exinde saulū ⁊ eius socios terribiliter ꝓsternente: apte se ingerebat ei maiestatiuū et oīpotentē. Ideo suā humilem originē ꝭm quā fuit nazarenus. i. in nazareth cōceptus et nutritus ei in sua reuelatione specialiter exprimit: vt ostendat ꝙ ille idē q̄ fuit inter iudeos humilis est ad celos in tāta gloria tanq̄ȝ dei fili⁹ exaltatus. Propterea xp̄s subdidit. durū est tibi ꝯtra stimulum calcitrare. i. potētiori te incōparabiliter resistere. Tercio vox illa ⁊ allocutio fuit p̄ceptiua. Tremens q̇ꝑpe paulus ac stupēs de cognita xp̄i potestate ac maiestate: totus ꝯpunctus dixit. Dn̄e quid me vis facere? quasi dicat ex nunc paratus sum tibi in oībus obedire. Cui xp̄s. Surge et ingredere ciuitatē



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0199
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG